

MEMORABILIS.

Et perinde stupenda de cru

DELI MOSCOVITARVM

Expeditione narratio , è Germanico  
in Latinum conuersa.



1563.

D V A C I.

Ex Typographia Iacobi Boscardi,  
Typographi iurati Regiae  
Maiestatis.

57215

MEMORABILIS ET PERINDE  
stupenda de Moscouitarum expeditione  
narratio, è Germanico in Latinum  
conuersa.

Moscouitarum exercitus superioribus septimanis agrum Polonicū inuasit, & Polotzki, alias Pleskj ( Lituaniæ oppidum , quod sedecim miliaribus à desertis situm est ) validissima manu, sex incursionibus expugnauit, diripuit, & dimissis ignibus solo equauit : eoque loci supra viginti hominum milia, tristi admodum spectaculo primum demembrari , ac post strangulari iussit. Nec ullis sanè verbis queat exprimi, quāta in Matronas, in Virgines, in Pueros, Tyrannide grassatus sit. E propinquis & vicinis inde locis sexaginta & amplius hominum milia in Moscouiam abduxit : Matronas & Virgines vestibus exuit, & omnes ( vti nudæ, ac sine amictu erant ) vincetas in captiuitatem abstraxit. Inter alios ve-

rò ducebatur & Lituanicæ militiæ Vvaynoda  
seu dux exercitus, cum vxore, quibus hostis vi-  
tam condonauerat.

**Q**Væ restam magnam toti illi Prouinciæ tre-  
pidationem iniecit, vt Dominus Nicolaus  
Radtziuit Lituaniæ Regulorum facile princeps  
terris suis sponte excesserit, omnémque imperij  
sui agrum, seu amicis seu hostibus prædæ reli-  
querit.

**H**Icrerum successus hosti Barbaro & nimia  
immanitate formidabili animos addidit.  
Moxque Kioff alias in Polonia ciuitatem ag-  
gredi festinauit. Quæ Ciuitas quia ad flumen  
Borischenē sita & ad cōmeatum toti illi plagæ  
subtrahendum, uisa est oportunissima, futurum  
sperabat hostis, vt hac ratione facilè cætera om-  
nia vicina & propinqua loca, perinde vt superi-  
ore expeditione suæ potestatis suique mancipij  
faceret.

**I**Taque ante omnia è sex millibus Tartarorum quos secum habebat quadringenta milia in de ferta & solitudines præmisit qui omnia longè lateq; vsque ad ipsam Ciuitatem flamma & ferro vastarent. Ratus fore ut postquam hac calamitate totum cum agrum afflixisset in huius ciuitatis oppugnatione pari successu & fortuna qua hactenus vteretur.

Inter alia vero relatu tristissima, Moscouita Regi Poloniae ab se nunciari iussit , quod ipse Capulum, quo mortui efferri solent, eumq; argenteum,cum Castris circumueheret , nec ante in gratiam cum eo redire constituisse,quam aut ipsius Regis, aut suum proprium caput illi ferculo foret impositum.

**E**Xercitus quo Moscouita in hac expeditione populatur(si vera est fama) est sexaginta de centorum milium,& amplius virorum.

**D**eus Opt. Max. hunc tam sœuum & crude-  
lem hostem à nobis auertat, Et Principibus  
in Sacro Romano imperio summa rerum  
tenantibus bonam mentem, totique  
Europæ consilia quæq; ad hanc  
scelerum immanitatem  
vindicandam &  
ad has pe-  
stes  
propulsandas, salubria  
sint immitat.

\* \* ▷ \* \*

